



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 5. De loco quodam Varronis aduersus Petri Victorij sententiam
disputatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

bio: quo dicebant, quod pulchrum esset, id demum
amicum esse. eo usus est Euripides in Bacchis: vbi hic
versiculus legitur,

Ο, π καλὸν φίλον αἶψι.

& Plato in Lyfide: Ἀλλὰ πῶς ὄντι αἰψὲς ἰλιγγίῳ ἕσθ' ἢ τὸ κα-
λὸν ἀποείας, καὶ κινδυνεύεις, κατὰ τὴν ἀρχαίαν παροιμίαν, τὸ καλὸν φί-
λον αἶψι. Eius autem originem ad Musas & ad Gratias
referunt: quæ cum conuenissent ad nuptias Cadmi &
Harmonia, pulchrum carmen, quo ea sententia con-
tineretur, immortalis ore cecinerint: nouæ nuptæ pul-
chritudinem, vt verisimile est, commendantes. Hoc
de sapientissimo poëta Theognide cognouimus: cuius
hæc sunt,

Μῦσαι καὶ Χάριτες, κοδραὶ Διὸς, αἱ ποτὲ Κάδμῳ

Ἐς γάμοι ἐλθέσθαι, καλὸν αἶψατ' ἔπειτα.

Οτ, π καλὸν φίλον ὄντι, τὸ δ' ἔ καλὸν ἔ φίλον ἔστι.

Τὸτ' ἔπειτα θανάτων ἦλθε διὰ σωματίων.

nam ad illas nuptias venisse diuos, testatur etiam Eu-
ripides in Phœnissis:

Ἀρμονίας δὲ ποτ' εἰς ὀμφαλοῖς

Ἠλθον ἐστνίδαι.

Sed & Hellanicus, & Apollodorus Musas cecinisse in
nuptiis Cadmi, ad easque conuenisse diuos, & nouæ
nuptæ munera obtulisse scripserant.

De loco quodam Varronis aduersus Petri Victorij sen-
tentiam disputatum. CAP. V.

Posvi iam pridem magnum studium in iis fra-
gmentis M. Varronis, quæ dispersa passim apud
veteres Grammaticos, ac præcipuè apud Nonium le-
guntur, magis autem mihi placere meum illud stu-
dium cœpit: Posteaquam Petri Victorij (quem ego
hominem, etsi sæpè ab eo dissentio, longè tamen facio
pluri-

Ant. Mureti
Lectio
LIII
25

plurimi) Variarum lectionum libri præclari sanè & viles in lucem prodierunt. Laudat enim ille pluribus locis eos qui id faciunt: datque plurimas luculentas significationes diligentia quam ipse in iisdem illis fragmentis reconcinnandis adhibuerit. sed ita contigit, ut multos locos, quos ego coniectura tantùm viam emendare conatus eram, ipse postea longè aliter à se emendatos ediderit. quare etsi non sum tam stultus, ut me cogitem tanto viro ἀντιπατρὸς γαλιέν, proferam tamen veteres quasdam opiniones meas; ut de iis cum ab aliis, tum ab ipso in primis Victorio iudicetur. Citantur igitur illa è Varrone Margopoli, ἀεὶ ἀρχῆς: *Cui celer die nos lemmatos logos Antipatri Stoici filius ruitro caput displanat.* quæ cum corrupta esse appareat, putat Victorius legendum esse dilemmatos logos. Sed et coniectura mihi quidem parùm digna auctore suo videtur. primùm, quòd nimium recedit à vetere scriptura. Deinde quòd Antipater logis utebatur non dilemmatis, sed monolemmatis, ut testatur Alexander his verbis: ὅς γὰρ οἱ ἀεὶ Αντίπατρον μονολημμάτους συλλογισμοὺς λέγουσιν, ἢ ἐπὶ πολλοῖσιν, ἀλλ' ἐνδεῶς ἐρωτῶν. quæ verba ille cum ad stabiliendam coniecturam suam attulit, videtur suo se gladio, quod aiunt. Nam dilemmatis quidem syllogismi sunt ex Aristotelis sententia. quod est enim ita hospes in analyticis, ut nesciat, duo lemmata præcedere ad efficiendam conclusionem? Sed quid in hac re pluribus moror? Ego, nihil addens, nihil detrahens, locum ita legendum semper credideram: neque sanè me sententiæ pœnitèt: *Cui celer die ἐνός lemmatos logos.* Idem enim puto esse λόγος μονολημμάτους, & λόγος δι' ἐνός λήμματος. cuius rei volo Victorium ipsum iudicem esse.

Fragmentum